

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

3. Quomodo B. V. eosdem humilitatis actus eodem tempore frequentarit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

fragilitatem, malitiam, quæ omnem cōfusionem contumelia m̄que promeretur. His consideratis, subiunge actum similem compunctionis, seu elice actum humilitatis, quoad tempus præritum. Vide ibid.

**III.** Quād ardenter proposuerit eosdem actus internos tota reliqua vita continuare: actus externos suo tempore simul cum internis coniunctos frequentare in obiectis maximē arduis, id ēque purissimē, intensissimē, constantissimē, insatiabilissimē: simulque omnibus affectū, verbo, & facto ipso intimæ huius humilitatis imitationem inculcare? His similiter expensis elice eosdem actus humilitatis in futurum, cum propositis practicis hos vel illos actus humilitatis internos & externos, hac vel illa oblata occasione perfectè exercendi. Vide ibid.

Idem modus discurrendi & affectus prolixius excitandi seruandus est in sequentibus.

**III.** *Quomodo B. V. eosdem humilitatis actus eodem tempore frequentarit.*

**I.** Expende, quād perfectè B. Mater & Virgo, intuens filiolum suum in præse-

præsepio iacentem, sua vbera suggestem, quem credebat verum esse Deum, in cœlo regnantem, in mundo homines & iumenta pascentem, frequentarit eosdem intimæ humilitatis affectus, quos à primo momento usus rationis cœperat, & hucusque continuarat: tanto nunc dubio procul perfectius, 1. quanto in dies clarius fundamenta veræ humilitatis suprà insinuata peruidebat. 2. quanto intensiorem habitum humilitatis, quem in excellenti gradu infusum acceperat, continuo exercitio iam auctum habebat. 3. quod longius ab omni superbiæ somite, omnique alio humiliatis impedimento aberat. 4. quod plura, & maiora extraordinaria charismata & priuilegia sibi gratis collata agnoscebat. 5. quod sagacius hæc omnia a suo puro puto nihilo, quod ex se haberet, secernebat, solique Deo tribuebat.

Quis perfectionem actuum humilitatis eius secundum dimensiones supradictas intellectu apprehendat, quis affectu exprimat? Ipsi Cherubini & Serafini eandem mirantur: & tu eandem suspice, & à longè saltem imitare, eliciendo eosdem humilitatis actus in presenti.

II. Quam

II. Quàm intensè doluerit hos verz  
humilitatis actus à tam paucis agnolci:  
à paucioribus exerceri : à tam multis ē  
contra tot excessibus superbiae diuinæ  
Maiestati insultari: & quidem eò inten-  
sius, quò clarius agnoscebat, quanto-  
re & quàm merito Deo placeret Humi-  
litas, displiceret arrogantia : & quò ar-  
dentius infinitam Dei excellentiam ab  
omnibus demississimè agnoscere suscipi,  
glorificari cupiebat. Contritio de osci-  
tantia in humilitate exercenda , & su-  
perbia extirpanda.

III. Quàm ardentia identidem itera-  
rit desideria , perfectius indies eosdem  
affectus multiplicandi , opere ipso de-  
monstrandi, omnes ad idem intimæ hu-  
militatis studium verbo, exemplo, affe-  
ctuque inflammandi: Et quidem in par-  
ticulari in tali opere humilitatis piffi-  
mè obeundo cum heroicis internis de-  
siderijs, ipso corporis habitu, gestu, in-  
cessu , vultu , loquela angelicam præle-  
ferendo modestiam , cum intimo verz  
sui ipsius despicienciarum sensu. Zelus pro-  
ficiendi in humilitate per crebram hu-  
miliationem sui internam, & externam:  
spontè assumptam, & vltro oblatam.

Q<sup>III</sup>